Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1361

Quelle:
Copyright:

no. IV. de Regno Coelorum. V. de S. *Valentino* Ep. et Conf. mutilus, anni 1461. VI. in illud: *Quicunque vult ſalvus eſſe* &c. addito ad calcem nomine *Leon. Praxatoris.*

CCCXLVIII.

794 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 224. 8. currente calamo, non tamen eodem, partim lineis longis, partim per duas columnas exaratus, olimque e ſupellectili ſaepe dicti Sacerdotis *Bohemi Wenc. Roſſae* Collectanea Theologica complectitur, quorum Rubricas ediſſerere ſufficiet: *Equiuoca*, potius Etymologiae et Significata variorum Verborum ordine alphabetico. *Fol.* 7. *Diſinitiones* variae Rerum ad Theologiam pertinentium, item alphabeticae. *Fol.* 14. *Auctoritates Noui et veteris Teſtamenti ſanctorum doctorum et vniuerſalis eccleſie contra Communionem Infantium.* Incurrunt etiam alia Sacramenta. Citatur inter alios *Doctor evangelicus* ſive *Joh. Wiclefus* et *Joh. Huſs. Fol.* 43. p. 2. *Pulcer tractatus contra Saraboitas*, qui mox adpellantur *moderni valdenſes diſcoliſantes per Montes et Campeſtria*, item *Pigardi* et *Pikanſiones.* Conſtat Teſtimoniis Autorum. *Fol.* 50. Index prolixus Locorum Biblicorum pro variis Fidei, Morumque argumentis. *Fol.* 159. p. 2. *Scripta que probibent acceſſum communionis indigne*, cum Elencho eorum, qui in Regno *Bohemiae* et Marchionatu *Moraviae* a ſacra Menſa arcentur. *Fol.* 173. *Tractatus pro Vita hac et futura Criſtianis neceſſarius.* Fanatici cujusdam de futuro Chriſti Regno praedicentis. *Fol.* 183. *Concordancie* in ſacras Literas alphabeticae.

CCCXLIX.

Codex chartaceus lat. Sec. 795
XV. Folior. 217. 8. ejusdem cum praecedente rationis, illiusque velut Pars altera inſcribitur: *Excerpta de tabula originalium ſanctorum*, eſt vero Congeries quaedam alphabetica Locorum Scripturae et SS. PP. Aſcetis et Praedicatoribus opportuna, quae ab *Aaron*, *Abbas*, *Abel*, *Abraham* &c. protenditur ad *Xpianus*, *Zacharias*, *Zelus*, pertinuitque pariter ad ſupra dictum *Roſſam.*

CCCL.

Codex membraneus lat. Sec. 479
XII. Folior. 143. 4. luculente ſcriptus, rubricis diſtinctus et olim *Monaſterij Sancte Mariae alias Scotorum Wyenn.* complectitur Sequentia: I. *Elucidarium* III. Libris diſtinctum, quem olim *Anſelmi Cantuarien.* nomine, quod quidam Codices mſs. praeferunt, primus edidit *Claud. Eſpencaeus Pariſ.* 1560. *Gabr.* vero *Gerberonius* in edit. *Opp. Anſelmi Pariſ.* 1721. merito inter Spuria relegavit *append. col.* 457. Scriptoribus aliis in *Lanfrancum Anſelmi* in Monaſterio *Beccenſi* Praeceptorem,